Credo in deū patrē oīpo
tentē creatorē celi ꝛ ter-
re. Et in Jheſum xp̄m filiū ei⁹
vnicū dn̄m nr̄m. Qui conce-
ptus eſt de ſpū ſcō: natus ex
Maria virgine. Paſſ⁹ ſub pō
tio Pilato crucifix⁹ mortuus
ꝛ ſepultus. Deſcēdit ad infe-
ros Tertia die ſurrexit a mor
tuis. Aſcēdit ad celū ſedet ad
dexterā dei patris oīpotētis
Inde ventur⁹ eſt iudicare vi-
uos ꝛ mortuos. Credo ī ſpi
ritū ſanctuꝫ. Sanctā eccleſiā
catholicā. Sanctoꝝ cōmuni
onē: remiſſionem peccatorū.
Carnis reſurrectionē Et vitā
eternā. Amen. Quo finito pō
tifex cū mitra ſedēs ſupra fal
diſtoriū ante mediū altar' im
ponit ambas man⁹ ſuꝑ capi-
ta ſinguloꝝ: corā eo genufle-
ctentiū dicens cuilibet.

Accipe ſpiritūſanctū: quo
rum remiſeris peccata re
mittunt' eis: ꝛ quoꝝ retinue-
ris retenta ſūt. Deinde expli-
cans caſulā quā vnuſqſqꝫ ha
bet ſuꝑ humeros complica-
tam: induit illa quēlibet ſin-
gulis dicens.

Stola inocentie induat te
dn̄s. Et mox vnuſquiſqꝫ
iterū ad pontificē ſi ſuus eſt
dioceſan⁹: ſeu ordinari⁹ acce-
dit ꝛ genuflexus ponit man⁹
ſuas iunctas inter man⁹ pon
tificis dicentis cuilibet.

Promittis mihi ꝛ ſucceſſo
ribus meis reuerentiā ꝛ
obedientiā. Et ille reſpōdet.
Promitto. Si vero pontifex
nō eſt ſuus ordinarius: dicit
ſingulis cum man⁹ eoꝝ inter
ſuas tenet vt p̄fertur.

Promittis pontifici ordi-
nario tuo ꝓ tp̄e exiſtēti
reuerentiā ꝛ obedientiaꝫ. Ille
reſpōdet. Promitto. Tūc pō
tifex tenēs ſic man⁹ illi⁹ inter
ſuas oſculat' vnūquēqꝫ dicēs
Pax dn̄i ſit ſemꝑ tecū. Et ille
reſpondet. Amen. Hijs exple
tis ꝛ omnib⁹ ad ordinē ſuum
reuerſis: pontifex ſedens cū
mitra dicit ad eos.

Quia res quaꝫ tractaturi
eſtis ſatis ꝑiculoſa eſt
frēs cariſſimi: moneo vos di
ligēter: vt honeſte toti⁹ miſſe
ordinē: ꝛ hoſtie cōſecrationē
ꝛ fractionē atqꝫ cōmunioneꝫ
ab alijs iā doctis ſacerdotib⁹
diſcatis: priuſq̄ꝫ ad celebran-
dum miſſam accedatis.
Poſt hec pōtifex dpoſita mi-
tra ſurgit et amoto faldiſto-
rio conuertit' ad altare ꝛ can-
tatur Cōmunio. Et dicit' hec
poſt cōmunio pro ordinatis
ſub vno Per dominum. cum
poſt cōmunione miſſe diei.
Poſt cōmunio.

Quos tuis dñe reficis ſa-
cramẽtis ↄtiuuis attol-
le benigni⁹ auxilijs: vt tue re-
demptionis effectũ: ⁊ myſte-
rijs capiamus ⁊ morib⁹. Per
dñm ⁊c. Deinde dicit̃ Benedi
camus dño. vel Ite miſſa eſt.
prout tẽpus requirit: ⁊ ꝑ põ-
tificẽ. Placeat tibi ſancta ⁊c.
Quo dicto pontifex accepta
mitra ⁊ baculo paſtorali ver-
tit ſe ad ordinatos: et hortat̃
eos cõmuniter ad beneuiuen
dũ: qđqꝫ diligenter cõſiderẽt
qualẽ ordinẽ ſuſceperũt: ⁊ q᷑
orẽt ꝓ eo ⁊ alijs quos volue-
rit. Iniũgẽs eis miſſas ⁊ alia
q̃ viderit expedire: qđ ſi pla-
cet facẽ poterit ſub his vbis

Fratres cariſſimi: diligen-
ter cõſiderate ordinẽ per
vos ſuſceptũ: ac onus hume
ris vr̃is ĩpoſitũ: ſtudete ſctẽ
et religioſe viuere: oĩpotenti
deo placere: vt gratiã ſuã poſ
ſitis acq̃rere: quã ipſe vobis
ꝑ ſuã miſericordiã concedere
digneť. Singuli ad primã tõ-
ſuram: vel ad q̃tuor minores
ordies promoti dicite ſemel
ſeptẽ pſalmos penitentiales
cũ letanijs verſiculis et orõ-
nibus. Ad ſubdiaconatũ vel
Diaconatum nocturnũ talis
diei. Ad pbr̃atũ vero ordina-
ti: poſt primaꝫ ſuã miſſam: in
trib⁹ imediate tũc ſequentib⁹
dieb⁹ tres alias miſſas videlꝫ
Unã de ſpũ ſctõ. Aliã de bea-
ta Maria ſemꝑ virgine. Ter-
tiam ꝓ fidelib⁹ defũctis dici-
te: et oĩpotentẽ deũ etiã ꝓ me
orate. quod illi deuote ſuſci-
piũt: ⁊ reſpondẽt ſe facturos
Poſtremo bñdicit eis genu-
flectentibus verſus ad illos
dicens voce competenti.

Benedictio dei oĩpotẽtis:
pa✠tris ⁊ fi✠lij ⁊ ſpi-
rit⁹✠ ſcti: deſcẽdat ſuꝑ vos:
vt ſitis bñdicti ĩ ordine ſacer
dotali: ⁊ offeratis placabiles
hoſtias ꝓ pctis: atqꝫ offenſi-
onib⁹ populi: oĩpotenti deo
cui eſt honor ⁊ gloria in ſecu-
la ſeculoꝝ. ℟. Amẽ. Tum põ
tifex ↄuertit ſe ad altare dicit
ſubmiſſa voce. Dñs vobiſcũ
Initiũ ſancti euãgelij ſm Io.
In principio ⁊c. ſignat altare
⁊ ſe: ⁊ reuertit̃ ad faldiſtoriuꝫ
vbi exuit̃ ſacr̃ veſtib⁹. Ordi-
nati etiã ad pbr̃atũ dicũt idẽ
euangeliũ: ⁊ in locis ↄuenien
tib⁹ ſacras veſtes deponũt: ⁊
cũ eis alij ordinati. Si vo põ
tifex nõ ordinauit aliqueꝫ ad
pbr̃atũ dicto ꝑ eũ placeat: ac
cepta mitra dat bñdictioneꝫ
ſolitã dicẽs. Sit nomẽ ⁊c. tũ
ãmonet ordinatos vt ſuꝑ di-
ctũ eſt: obmittẽs ptẽꝫ pbr̃os
ↄcernentẽ: tũ cõuerſus ad al-
tare dicit. Dñs vobiſcum. et
alia vt ſupra.

¶De conſecratione ele‑
cti in Epiſcopum.

Uoniã eccleſiarũ Ca
thedraliũ ſiue Me‑
tropolitanaruꝫ ac
patriarchaliũ pro‑
uiſiones: ſeu electionuꝫ ad il‑
las cõfirmationes: ad ſedem
apoſtolicaꝫ hodie pleno iure
ptinẽt: ⁊ ab eadẽ: eccleſijs pa
ſtore viduat?: vel de nouo p‑
uide ſ: vel electiones ab illis
quib? ex priuilegio licet cano
nice celebrare confirmantur.
Ideo ſcrutiniũ qđ ſerotinuꝫ
appellatꝰ: ⁊ pridianã illam exa
minationem que in antiquis
pontificalib? libris habetur:
hic ptermittendã eſſe cenſui‑
mus. Incõueniẽs quippe vi‑
detur et omnino abſurdũ: vt
que a ſũmo põtifice: ac ſacro
ſenatu ſtatuta: approbata at‑
qꝫ examinata ſũt: a minorib?
tribunalib? iterũ examinenꝰ:
pinde illis in hoc loco vt ſu‑
perfluis dimiſſis: ad ipſi? cõ‑
ſecrationis modũ: ſm ritum
quẽ ſacroſancta Romana ſer‑
uat eccleſia deueniemus. Si
prius explicauerimuſ que ad
ipſam ꝯſecrationẽ primo agẽ
da: parãda: atqꝫ ordinãda ſũt
¶In primis animaduerten‑
dum: ꝙ nemo ꝯſecrari debet
niſi prius cõſtet ꝯſecratori de
cõmiſſione ꝯſecrãdi: ſiue p
litteras apoſtolicas: ſi ſit ex‑
tra curiã: ſiue per mandatũ a
Camera apoſtolica emanatũ
in ipſa curia: ſiue p cõmiſſio‑
nem viue vocis oraculo a ſũ‑
mo pontifice Cõſecratori fa‑
ctam ſi cõſecrator ipſe ſit Car
dinalis alioquin ei nõ debet
credi. Statuta die cõſecratio
nis: que debet eſſe dñica vl' fe
ſtiua: ſi ſũmus pontifex hoc
ſpecialiter indulſerit: tam cõ‑
ſecrator qꝫ electus cõfiteanꝰ:
⁊ conueniens eſt vt pcedenti
die ieiunẽt. Sũmo mane i ec‑
cleſia vbi fiet conſecratio: or‑
nantur due capelle: maior p
cõſecrante: ⁊ minor p electo.
Et in maiori quidẽ ſup altari
parato vt eſt moris: erit crux
in medio: et ad minus qtuor
cãdelabra. In terra ad grad?
altaris erũt tapetes ſtrati ſu‑
per quib? proſternet ſe elect?
⁊ ꝯſecrator ⁊ alij genuflectẽt:
poterũt ⁊ alia ornamenta cir
cũcirca adhiberi p qualitate
⁊ facultate loci ⁊ perſonarũ:
paratur etiã in loco propin‑
quo et cõgruo credentia pro
conſecratore: ideſt menſa cõ‑
petẽtis longitudinis: latitu‑
dinis et altitudinis: ſup quã
erit mappa mũda. Duo cãde‑
labra. Uaſa ad abluendũ ma‑
nus cũ ſuis mantilibus. Ur‑
ceolus cum aqua bñdicta: et

aſperſorio. Thuribuluꝫ cum
nauicella cocleari ⁊ inceſo: ſi
officiū fit in cantu: alias nō:
ampulle cum vino et aqua ꝓ
ſacrificio. Calix hoſtiaria cuꝫ
hoſtijs pro credentia: Conſe
cratore ⁊ Electo: medulla pa
nis pro abſtergēdis manib⁹:
Sanctuꝫ chriſma: cum rebus
ſuis oportunis.

¶ Item paramēta omnia pō-
tificalia tēpori ⁊ officio miſſe
conuenientia: videlicet: San
dalia: Amictus: Alba: Cingu-
lum: Crux pectoralis: Stola:
tunicella: dalmatica: cyrothe
ce: planeta: Mitra aurifrigia
ta: Anulus pōtificalis: bacu-
lus paſtoralis: ⁊ manipulus
ex his ſi pōtifex parat̄ prope
altare ponūtur ſuper altare.
Amictus: alba: cinguluꝫ: ma-
nipulus: crux: ſtola: tunicel-
la: Dalmatica: planeta: reliq̄
manent ſuper credentiam.

¶ Item paratur faldiſtoriuꝫ
ornatum pro conſecratore: ⁊
tria ſcabella ſiue ſedes ꝓ ele-
cto: ⁊ duobus epiſcopis aſſi-
ſtentib⁹: miſſale ⁊ pontifica-
le: Cōſecrator habeat tres ca-
pellanos ad minus cū ſuper-
pellicijs: et duos ſcutiferos
ad credentiam.

¶ In capella vero minore ꝓ
electo que a maiore debet eſſe
diſtincta: parat̄ altare cū cru
ce ⁊ duob⁹ candelabris ad mi
nus: ⁊ ſup illud miſſale ⁊ pō-
tificale: ac paramenta omnia
pōtificalia albi coloris vt ſu
pra pro Cōſecratore numera-
ta ſūt: ⁊ vltra illa pluuiale al-
bum: et prope altare credētia
cum mappa munda: vaſis ad
abluendū manus: ⁊ medulla
panis ad fricandū ⁊ extergen
dum manus ⁊ caput.

¶ Ponunt̄ etiā octo mappu-
le facte ex duabus cannis pā
ni linei ſubtilis: per medium
ſciſſis in longitudinem: qua-
rum due ſint lōgitudinis ſex
palmoruꝫ quelibet: alie vero
ſex equalis ſint quantitatis.
Et cādele octo vni⁹ libre que
libet: quarum quatuor ſuper
altare ꝯſecrantis: due ſup ei⁹
credentiā: et due ſuper altare
electi ponunt̄. Anulus cū gē-
ma benedicēdus ⁊ electo tra-
dendus. Pecten eburneum.
Et ꝓ offertorio itorticia duo
quatuor libraruꝫ quodlibet:
duo panes magni: ⁊ duo ba-
rilia vini optimi: panes ⁊ ba-
rilia ornentur cum auripello
duo videlicet videant̄ argen-
tea: et duo aurea: hinc ⁊ inde
arma Conſecratoris ⁊ Electi
habentia. Sint etiā in capel-
la electi aliqua ſedilia: ⁊ orna
menta ꝯuenientia. ¶ Adſint
duo ad minus epi aſſiſtētes

qui induũt̃ ſuppellicio ſi nõ
vtunt̃ rochetto: amictu: ſtola
pluuiali ⁊ mitra ſimplici alba
⁊ quiſq; habet ſuũ põtificale
Hora igit̃ cõpetenti Cõſecra-
tor: elect⁹: aſſiſtẽtes epi: ⁊ alij
q cõſecrationi intereſſe debẽt:
ad eccleſiã cõueniũt: ⁊ cõſecra-
tor facta oõne ante altare aſ-
cendit ad faldiſtoriũ i capel-
la ſua ad ſiniſtrũ cornu altar⁹
videlic; epl'e pparatũ: vt mo-
ris eſt. Ibiq; ex more parat̃.
Electus vero cũ aſſiſtentib⁹
epĩs vadit ad capellam ſuã ⁊
ibi capit paramẽta oportuna
videlicet ſi miſſa cantat̃: Ami
ctum: albã: cingulũ: manipu
lũ: ſtolã in modũ ſacerdotis
⁊ pluuiale. Si vero officiũ le-
git̃ poterit anteq̃; dicta para
mẽta accipit capere ſandalia:
⁊ legere ps. Q **uã dilecta.** añ.
verſiculos ⁊ oõnes cõſuetas
Aſſiſtentes etiã; epi interim
ſua paramẽta pdicta capiũt.
Omnib⁹ itaq; paratis: cõſecrã
tor accedit ante altare ⁊ ibi in
medio ſedet ſup faldiſtoriũ;
vertẽs renes altari. Elect⁹ ve-
ro cũ ſuo birreto ducit̃ ſic pa
ratus medi⁹ inter aſſiſtẽtes ſi
bi epõs paratos ⁊ mitratos:
⁊ cũ ante cõſecratorẽ puenerit
nudato capite: illud pfunde
inclinãdo: ei reuerentiã facit.
Aſſiſtẽtes vero epi eidẽ cũ mi
tra caput aliquantulũ; incli-
nant. Tũ ſedẽt in ſcabellis ſi-
ue ſedib⁹ ſuis ante cõſecratorẽ
hoc modo. Electus cõtra fa-
ciem cõſecratoris: ita vt inter
eos ſit cõpetens diſtantia. A
dextr⁹ electi ſedet antiquior:
⁊ a ſiniſtr⁹ iunior epi aſſiſteñ.
Ita tñ ꝙ ipſi aſſiſteñ. ad alte-
rutrũ facies vertãt. Cũ ſic lo-
cati fuerit: ⁊ aliquãtulũ quie
uerint ſurgũt. Elect⁹ ſine bir-
reto ⁊ aſſiſtentes epi ſine mi-
tris: ⁊ ſenior aſſiſtentiu; ver-
ſus ad conſecratorẽ dicit.

**Reuerẽde pater: Poſtulat
ſctã mater eccleſia catho
lica: vt hunc pſitem pbr̃m ad
onus epatus ſubleuetis.** Cõ-
ſecrator dicit. **Habetis man
datũ apoſtolicũ.** Reſpondet
epõs ſenior aſſiſteñ. **Habem⁹**
Conſecrator dicit. **Legatur.**
Tũ notari⁹ cõſecratoris ac
cipiẽs mandatũ de manu epi
aſſiſteñ. legit ã pricipio ad fi
nem. Interim ſedẽt oẽs tectiſ
capitib⁹. Mãdato p notariũ
plecto Cõſecrator dicit. **Deo
gratias.** Uel ſi conſecratio fit
vigore lr̃arũ aplicar̃ p quas
etiã iuramẽti p electũ pſtãdi
receptio cõſecratori cõmittit̃:
lr̃is ipſis lectis: anteq̃; conſe
crator aliud dicat: Electus d
ſcabello ſiue ſede ſua veniẽs:
corã cõſecratore genuflectit:

⁊ legit iuramentum de verbo
ad verbū iuxta tenorē cōmiſ-
ſionis p̄dicte p̄ſtanduꝫ: quo
lecto cōſecrator ī gremio ſuo
librū euangelioꝝ ambab⁹ ma
nibus apertū tenēs inferiore
parte libri Electo verſa ab eo
p̄ſtationeꝫ hmōi iuramēti re-
cepit electo adhuc corā eo ge
nuflexo dicēte. Sic me de⁹ ad
iuuet ⁊ hec ſcā dei euāgelia: ⁊
ipm textū euāgelioꝝ ambab⁹
manib⁹ tāgēte tum nō prius
dicit cōſecrator. Deo gratias
Deinde omnib⁹ in locis ſuis
vt dictū eſt ſedentib⁹. Conſe
crator intelligibili voce legit
ſequēteꝫ examīationē Cartha
gineñ. Cōcilij: que legi debet
ſemp ſicut iacet in ſingulari:
etiā ſi plures ſimul examinē-
tur. Aſſiſtentes vero epi ſub-
miſſa voce dicūt quecūqꝫ di-
xerit cōſecrator: et oēs debēt
tūc mitras tenere ⁊ ſedere.

Examen.

Antiqua ſctōꝝ
patrū inſtitutio docet ⁊
p̄cipit. vt is q̄ ad epatus ordi
nem eligit̄: antea diligentiſſi-
me examinet̄ cū oī charitate:
de fide ſctē trinitatis: ⁊ inter-
roget̄ de diuerſ causis ⁊ mo-
ribus: que huic regimini cō-
gruūt: ac neceſſaria ſūt retine
ri ſm apoſtoli dictuꝫ: Man⁹
cito nemini īpoſueris. Et vt
etiā is q̄ ordinand⁹ ē erudiat̄:
qualiter ſub hoc regimīe cōſti
tutū oporteat cōuerſari ī eccle
ſia dei. ⁊ vt irreprehenſibiles
ſint: q̄ ei man⁹ ordinatiōis ī-
ponūt. Eadē itaqꝫ auctorita-
te ⁊ p̄cepto interrogam⁹ te di
lectiſſime frater: charitate ſin
cera ſi omnē prudentiā tuam
quantū tua capax eſt natura
diuine ſcripture ſenſib⁹ accō
modare volueris? Reſpōdet
electus. Ita ex toto corde vo
lo in oībus obedire ⁊ cōſenti-
re. aliquantulū aſſurgēs de-
tecto capite ad iſtaꝫ ⁊ omnes
alias reſponſiōes ſequētes.
Et ſi plures electi fuerint ſuc
ceſſiue quiſqꝫ ſic reſpondet.

Interrogat Conſecrator.

Uis ea q̄ ex diuinis ſcriptur̄
intelligis: plebē cui ordinan
dus es ⁊ verbis docere ⁊ exē-
plis? ℟. Uolo. Interrogatio

Uis traditiōes orthodoxo-
rū patrū: ac decretales ſctē ⁊
aplice ſedis cōſtitutiōes vene
rāter ſuſcipē: docē: atqꝫ ſerua
re? ℟. Uolo. Interrogatio.

Uis beato Petro aplo: cui a
deo data eſt ptās ligādi atqꝫ
ſoluendi: eiuſqꝫ vicarijs Ro-
manis pontificib⁹ fidē: ſubie
ctionē ⁊ obedientiā ſm cano-
nicā auctoritatē exhibere? ℟.
Uolo. Interrogatio.

Uis mores tuos ab oī malo
tēperare ⁊ quātū poter̄: dn̄o

adiuuante ad oē bonū cōmutare? ℟· Uolo· Interrogatio·
Uis caſtitatē ⁊ ſobrietatē cū dei auxilio cuſtodire ⁊ docere? ℟· Uolo· Interrogatio·
Uis ſemp in diuinis eſſe negocijs mācipat⁹: ⁊ a terrenis negocijs vl' a lucris turpib⁹ alien⁹ quantū te humana fragilitas conſenſerit poſſe? ℟· Uolo· Interrogatio·
Uis humilitatē ⁊ patientiā i te ipſo cuſtodire ⁊ alios ſimiliter docere? ℟· Uolo· Interrogatio·
Uis pauperib⁹ et peregrinis oībuſq₃ indigētibus eſſe ꝓpter nomē dn̄i affabil' ⁊ miſericors? ℟· Uolo·
Tunc dicit ei Cōſecrator voce aliquantulū ſubmiſſa·
Hec oīa et cetera bona tribuat tibi dn̄s: ⁊ cuſtodiat te atq₃ corroboret in oī bonitate· Et reſpondēt omnes· Amen· Interrogatio·
Credis ſm ītelligentiā ⁊ capacitatē ſenſus tui ſanctā trinitatē: patrē: ⁊ filiū: ⁊ ſpiritū ſanctu₃: vnū deū oīpotentē: totāq₃ ī trinitate deitate₃: coeſſentialē: ꝯſubſtātialē: coeternā: ⁊ coomīpotentē: vni⁹ volūtatis: ꝑtātis et maieſtatis: creatorē omniū creaturarū: a quo oīa: per quē oīa: ⁊ in quo oīa que ſunt ī celo ⁊ in terra: viſibilia ⁊ īuiſibilia: corꝑalia et ſpiritualia? ℟· Aſſentio et ita credo· Interrogatio·
Credis ſingulā quāq₃ in trinitate ꝑſonā: vnū deū: verū: plenū ⁊ perfectū? ℟· Credo· Interrogatio·
Credis ipm filium dei verbu₃: eternaliter natū de p̄re: ꝯſubſtātialē: coomnipotentē ⁊ coequalē per oīa p̄ri in diuinitate: tꝑaliter natū de ſpū ſancto ex Maria ſemp virgine: cū aīa rationali: duas habentē natiuitates vnā ex patre eterna₃: alterā ex matre tꝑalem: deū verū ⁊ hominē verum: ꝓpriū in vtraq₃ natura atq₃ ꝑfectū: nō adoptiuū: neq₃ fantaſmaticu₃: ſed vnicū ⁊ vnū filiū dei ī duab⁹ ⁊ ex duab⁹ naturis: ſed ī vni⁹ ꝑſone ſingularitate īpaſſibilem ⁊ īmortalē diuinitate: ſed ⁊ in hūanitate ꝓ nobis ⁊ ꝓ ſalute nr̄a paſſum: vera carnis paſſione: ⁊ ſepultu₃: ac tertia die reſurgētē a mortuis: vera carnis reſurrectiōe: die q̄dragēſimo poſt reſurrectionē cū carne qua reſurrexit ⁊ aīa: aſcendiſſe ad celum: ⁊ ſedere ad dexterā patr̄· Inde venturū iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ redditur u₃ vnicuiq₃ ſm opera ſua ſiue bona fuerint ſiue mala? ℟· Aſſentio et ita ꝑ oīa credo· Interrogatio·
Credis etiā ſpiritū ſanctu₃:

plenū ꝛ pfectū: verūqꝫ deū: a
pr̄e ꝛ filio ꝓcedentē: coequa-
lem ꝛ coeſſentialē: coomnipo
tentē ꝛ coeternū ꝑ oīa patri ꝛ
filio? ℞· Credo Interrogatio
Credis hāc ſanctā trinitatē:
nō tres deos: ſed vnū deū oī
potentē: eternū: iuiſibilē: ꝛ in
cōmutabilē? ℞· Credo· Interrogatio·
Credis ſanctā catholicā ꝛ apoſtolicā: vnā eſſe
verā eccleſiā: in qua vnuꝫ dat̄
verū baptiſma: ꝛ vera omniū
remiſſio peccatoꝝ? ℞· Credo
Interrogatio·
Anathematizas etiā oēꝫ hereſim extollē-
tem ſe aduerſus hāc ſanctā ec
cleſiā catholicaꝫ? ℞· Anathe-
matizo· Interrogatio·
Credis etiā verā reſurrectio
nem eiuſdeꝫ carnis quā nunc
geſtas: et vitam eternam? ℞·
Credo· Interrogatio·
Credis etiaꝫ noui et veteris
teſtamēti: legis: ꝛ ꝓphetaꝝ: ꝛ
aplo͛ꝝ: vnū eſſe auctorē: deū
ꝛ dn̄m oīpotentē? ℞· Credo·
Poſtea Conſecrator dicit vo
ce aliquantulum ſubmiſſa·
Hec tibi fides augeat̄ a do
mino: ad verā ꝛ eternam
beatitudinē: dilectiſſime fra-
ter in xp̄o· Et reſpondēt oēs
Amē· Expleto itaqꝫ examine
p̄fati aſſiſteñ· epī ducunt ele-
ctum ad ꝯſecratorē corā quo
genuflexus ei? manū reueren
ter oſculat̄· Tunc Cōſecrator
depoſita mitra cū miniſtris
ad altare cōuerſus facit ſoli-
to more confeſſionē: electo a
ſiniſtris ei? manente: ꝛ oēs
epī ante ſedes ſuas ſtātes fa-
ciūt ſimiliter cū clericis ſuis:
facta itaqꝫ cōfeſſiōe Cōſecra-
tor aſcendit ad altare oſculat̄
illud: ꝛ euangeliū in miſſa di
cendū ac incenſat altare mo-
re ſolito· Deinde vadit ad ſe-
dem ſuā ꝛ ꝓcedit ī miſſa vſqꝫ
ad Alleluia vel vltimū verſuꝫ
Tract? excluſiue ſi All'a nō di
cit̄· Si v͛o miſſa legit̄: oſcula-
to altari et euangelio obmiſ-
ſa īcenſatiōe oīa p̄dicta legit
in altari: ꝛ illis dict? ſiue miſ-
ſa legat̄ ſiue cantet̄: redit cum
mitra ad ſedendū in faldiſto
riū q̄d ante mediū altaris ſi-
bi reponit̄· Epī vero aſſiſten-
tes ducūt electū ad capellam
ſuam: ꝛ ibi depoſito pluuiali
Acolyti induūt illū: Sanda-
lia: ipſo p̄s ꝛ orōnes ꝯſuetas
legēte ſi prius illa nō accepit·
Tū accipit crucē pectoralē: ꝛ
ſtola ei aptat̄ vt ab humeris
dependeat· Deinde tunicella
dalmatica ꝛ caſula induit̄: q-
bus indut? accedit ad ſuū al-
tare: vbi ſtās in medio medi?
īter epōs aſſiſteñ· detecto ca-
pite legit totum officiū miſſe
vſqꝫ ad All'a· vel vltimū ver-

ſum Tractus excluſiue: neq3
vertit ſe ad populuz cũ dicit:
Dñs vobiſcũ· vt in alijs miſ
ſis fieri ſolet· ¶ Eſt autẽ no-
tandũ ꝙ eccleſia Romana ꝓ
pter ordinatiões epoꝝ nũq3
mutat officium diei: dicit tñ
poſt collectã diei pro officio
ↄſecratiõis collectã· Adeſto
ſupplicationib⁹ nr̃is ꝛc· ſub
vno Per dñm noſtrũ ꝛc· Nõ-
nulle vo alie eccl'ie dicũt miſ
ſam de ſpũ ſcõ ꝛ alie ſequentẽ
ſpecialẽ i ↄſecratiõe· Introit⁹



Benedi cat te hodie domi-



nus deus: et reſpi ciat ſup



te ſeruum ſuuz: ꝛ det tibi for



titudi nem ad reſiſtẽdũ



inimic⁹ eccleſie ſctẽ ſu e·



℣. Deus deorũ domin⁹ locu



tus eſt: et vocauit terram· ℣.



Gloria patri· Oratio·

Adeſto ſupplicatiõib⁹ no-
ſtris oĩpotens de⁹: ꝛ qđ
hũilitatis nr̃e gerendũ eſt mi
niſterio: tue virtutis implea
tur effectu· Per dñm nr̃m ꝛc·

Lectio epiſtole beati Pauli
apoſtoli ad Timotheum·

Cariſſime: fidelis ſermo:
Si qs epatũ deſiderat:
bonũ opus deſiderat· Opor
tet ergo epm̃ irreprehenſibilẽ
eſſe: vni⁹ vxoris virũ: ſobriũ:
prudentẽ: pudicũ: ornatum:
hoſpitalẽ: doctorẽ: nõ vino-
lentũ: nõ pcuſſorẽ ſed mode-
ſtum: nõ litigioſum: nõ cupi
dum: ſue domui bñ diſpoſi-
tum: filios habentem ſubdi-
tos: cũ oĩ caſtitate· Si qs aũt
domui ſue preeſſe neſcit: quõ
dei eccleſie diligentiam habe-
bit: nõ neophitũ: ne i ſupbiã
elatus: in iudiciũ incidat dia

boli· Oportet autē illū ⁊ teſti
moniū habere bonuʒ: ab his
q̄ foris ſunt: vt doctrinaʒ dei
nr̄i ornet ī oībus· Graduale·




Finito graduale ſi Allā dicit̄
Alioquin dicto Tractu vſq̄ʒ
ad vltimū verſum excluſiue·
Aſſiſteñ· epi iterū ducunt ele
ctum ad ↄſecratorē: cuʒ mitra
ante altare ī faldiſtorio ſedē
tem: cui elect⁹ depoſito birre
to caput pfunde inclinās hu
milē reuerentiā facit· Aſſiſtē
tes vero cū mitris ſe aliquā
tulū inclinātes etiā ↄſecrato
rē venerant̄· Tūc ſedēt oēs vt
prius ⁊ cōſecrator ſedens cū
mitra verſus ad illū dicit·

Epiſcopum oportet iudi
care: iterp̄tari: ↄſecrare:
ordinare: offerre ⁊ baptizare·
Deinde oībus ſurgentib⁹ cō
ſecrator ſtans cū mitra dicit
ad circūſtantes·

Oremus dilectiſſimi nob̄
vt huic viro vtilitati ec
cleſie puidēs: benignitas oī
potentis dei: grē ſue tribuat
largitatē· Per xp̄m dn̄ʒ nr̄m·
Et mox Conſecrator ante fal
diſtoriū ſuū ⁊ aſſiſteñ· epi añ
ſedilia ſua cū mitris pcūbūt
Elect⁹ vero pſternit ſe a ſini
ſtris ↄſecratoris: miſtri etiā:
⁊ alij oēs genuflectūt· Tūc cā
tor vel ſi officiū fit legēdo cō
ſecrator incipit letaniā dicēs
Kyrieleiſon ⁊ cetera· pſequē
do totā put ſup̄ ī ordinario de
ſubdiacono dictū eſt· poſtq̄ʒ
āt dictū fuerit· Ut obſequiū

ſeruitutꝰ nr̄e tibi rationabile
facias. Te rogamꝰ audi nos.
Conſecrator ab accubitu ſur
gens ad electū ꝯuerſus bacu
lū paſtoralē cū ſiniſtra tenēs
dicit ſub voce letanie primo.
Ut hūc pn̄tē electū bn̄ ✠ di
cere digneris. ℟. Te rogamꝰ
audi nos. Secundo dicit.
Ut hūc pn̄tē electū bn̄ ✠ di
cere ⁊ ſancti ✠ ficare dignerꝭ
℟. Te ro. au. n. Tertio dicit.
Ut hūc pn̄tē electū bn̄ ✠ di
cere ſācti ✠ ficare ⁊ ꝯſe ✠ cra
re digneris. ℟. Te rogamꝰ au
di nos. producēdo ſemꝑ ſig
nū crucis ſuꝑ illū. Ideq; fa
ciūt ⁊ dicunt aſſiſteñ. epi: ge
nuflexi tñ ꝑmanētes. Deinde
iterū accūbit cōſecrator ⁊ can
tor ſeu ipe qui prius dixit eā
proſequitur vſq; ad finem.
Ut nos exaudire dignerꝭ ⁊c.
Qua finita ſurgunt omnes ⁊
Cōſecratore ante faldiſtoriū
ſuum cum mitra ſtante Ele
ctus corā eo genuflectit. Tūc
cōſecrator accepto libro euā
geliorum illum apertum ad
iuuantibus epis aſſiſteñ. ni
hil dicens īponit ſuꝑ ceruicē
⁊ ſpatulas Electi: ita ꝙ infe
rior pars libri ceruicē capitis
electi tāgat: lr̄a ex ꝑte inferio
ri manēte: quē vnꝰ ex capella
nis Electi retro ipm genufle
xus: quouſq; liber ipe eidem
electo in manꝰ tradendꝰ ſit cō
tinuo ſuſtinet. Deinde Cōſe
crator ⁊ aſſiſtentes epi amba
bus manibꝰ caput conſecran
di tangunt dicentes.
Accipe ſpiritū ſanctū. quo
facto conſecrator media
voce ſtans depoſita mitra di
cit orationem.
Propiciare dn̄e ſupplicati
onibꝰ nr̄is: ⁊ īclinato ſu
per hūc famulum tuū cornu
gr̄e ſacerdotalis: bn̄ ✠ dictio
nis tue in eū infūde virtutē:
Per dn̄m nr̄m Jeſum xp̄m fi
liū tuū: q tecū viuit ⁊ regnat
ī vnitate ſp̄us ſcti deꝰ. Deide
extēſis manibꝰ añ pectꝰ dicit.

Per om̄ia ſecula ſeculoꝝ. ℟.

Amē. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et

cū ſpiritu tuo. ℣. Surſū cor

da. ℟. Habemꝰ ad dominū.


℣· Gr̄as agam⁹ domīo deo
nr̄o· ℟· Dignū ⁊ iuſtū eſt·
Vere dignū ⁊ iuſtū eſt equū
⁊ ſalutare· Nos tibi ſemꝑ et
vbiqꝫ gratias agere domine
ſancte pater oīpotens eterne
deus: honoꝛ omniū dignita-
tum q̄ gloꝛie tue ſacris famu
lant̄ oꝛdinib⁹· Deus qui per
Moyſen famulū tuū: ſecreti
familiaris affatu: inter cete-
ra celeſtis documēta cultu-
re: de habitu quoqꝫ īdumen
ti ſacerdotalis īſtituēs: ele-
ctum Aaron myſtico amictu
veſtiri inter ſacra iuſſiſti: vt


intelligētie ſenſuꝫ de exēplis
pꝛioꝝ caperet ſecutura poſte
ritas: ne eruditio doctrine
tue vlli deeſſet etati. Cū et
apud veteres reuerentiā: ipa
ſignificationū ſpecies obti
neret: ⁊ apud nos certioꝛa
eſſet experimēta rerū q̄ꝫ enig
mata figurarū. Illius nanqꝫ
ſacerdotij anterioꝛis habit⁹
noſtre mētis oꝛnat⁹ eſt: ⁊ pō
tificalē gloꝛiam nō iā nobis
honoꝛ cōmendat veſtiū ſed
ſplēdoꝛ animaꝝ. Quia ⁊ illa
que tūc carnalib⁹ blādiebant̄
obtutib⁹: ea potius q̄ in ipis

erāt: intelligēda poſcebant.
Et idcirco huic famulo tuo:
quē ad ſūmi ſacerdotij mini-
ſteriū elegiſti: hāc q̄ſum⁹ gra
tiam largiaris: vt qcq̄d illa
velamina in fulgore auri: in
nitore gēmarū: ⁊ in multimo-
di oper⁹ varietate ſignabāt:
hoc in eius morib⁹ actibuſq;
clareſcat. Cōple in ſacerdote
tuo miniſterij tui ſūmā: et
ornamētis totius glorifica-
tionis iſtructū: celeſtis vn-
guenti rore ſanctifica.

Si in Ro. curia fit cōſecratio Subdiacon⁹ ap̄lic⁹. Uel ſi extra Romanā curiā fit: vn⁹ ex capellanis pōtificis ligat caput electi cū vna et longioribus mappulis de octo ſuperius dictis: ⁊ ꝯſecrator flexis genub⁹ verſ⁹ ad altare icipit: ceteris ꝓſequentib⁹ hymnū.



Veni creator ſpiritus ⁊c.
Et dicit̄ totus vſqꝫ ad finem
prout habet̄ ſup̄ in ordinario
ne pb̄ri. Finito primo verſu
ſurgit pontifex: ſedet in faldi
ſtorio ante mediū altaris: ca
pit mitrā: extrahunt̄ ei ānuli
⁊ cyrothece: reponūt̄ ſibi an-
nuli et imponit̄ ei gremiale a
miniſtris. Tum pollicē ſuū
dextrū intingit ī ſanctū chriſ
ma: per vnū ex miniſtris ſibi
oblatū: ⁊ caput electi corā ſe
genuflexi iungit: formās pri-
mo ſignū crucis ꝑ totā coro
nam: deinde reliquū corone
liniēdo interim legēdo dicēs

Vngatur ⁊ cōſecret̄ caput
tuū celeſti bn̄dictiōe in
ordine pontificali. ⁊ ꝑducēs
manu dextra tertio ſignū cru
cis ſuꝑ caput Electi dicit. In
noīe pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpi-
ritus ✠ ſancti. Amen. ℣. Pax
tibi. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
Et ſi plures ſint conſecrandi
hoc ī ꝑſona cuiuſlibet ſingu-
lariter repetit̄. Expleta vncti
one pōtifex pollicē cū medul
la panis paululū abſtergit: ⁊
finito hymno p̄dicto depoſi
ta mitra ſurgit: et in priſtina
voce proſequit̄ dicens.



Hoc domīe copioſe ī caput



eius influat: hoc in oris ſub



iecta decurrat: hoc in totius



corporis extrema deſcendat:



vt tui ſpirit⁹ virt⁹: ⁊ interio-



ra ei⁹ repleat: ⁊ exteriora cir-



cūtegat. Habūdet in eo con



ſtātia fidei: puritas dilectio


nis:ſinceritas pacꝭ· Sint ſpe-
cioſi munere tuo pedes eiuſ
ad euágelizádũ pacē:ad euá
gelizandũ bona tua· Da ei do
mine miniſteriũ recōciliatio-
nis in verbo ⁊ in factꝭ:in vir-
tute ſignoꝝ ⁊ ꝓdigioꝝ· Sit
ſermo eius ⁊ ꝑdicatio:nō in
ꝑſuaſibilib⁹ hũane ſapiētie
verbis:ſʒ in oſtēſione ſpirit⁹
⁊ virtutꝭ· Da ei dñe claues
regni celoꝛũ:vt vtatur nō vt
gloꝛietꝰ poteſtate quā tribuiſ
in edificationē:nō in deſtru
ctionē· Quecũqʒ ligauerit ſup
terrā ſit ligatũ ⁊ in celis:⁊ qđ


cũq3 ſoluerit in terris ſit ſo-
lutũ ⁊ in celis· Quoꝛũ deti-
nuerit peccata: detẽta ſint: ⁊
quoꝝ dimiſerit tu dimittas·
Qui maledixerit ei ſit ille ma
ledict⁹: ⁊ q̃ benedixerit ei be-
nedictiõib⁹ repleat᷑· Sit fide-
lis ſeru⁹ ⁊ pꝛudẽs quẽ ꝯſtitu
as tu domĩe ſup̱ familiã tuã
vt det illi cibũ ĩ tẽpoꝛe opoꝛ
tuno: ⁊ exhibeat oẽm hoĩem
p̱fectũ· Sit ſollicitudine nõ
piger: ſit ſpiritu feruẽs: ode-
rit ſup̱biã: hũilitatẽ ac veri-
tatẽ diligat neq3 eã vnq̃3 deſe
rat: aut laudib⁹: aut timoꝛe

ſuperatꝰ. Nō ponat lucē tene
bꝛas: nec tenebꝛas lucē: nō di
cat malū bonū: neqꝫ bonuꝫ
malū. Sit ſapiētibꝰ ⁊ īſipien-
tibꝰ debitoꝛ: vt fructū de ꝑ-
fectu omniū ꝯſeqꝛ̄. Tribuas
ei dn̄e cathedrā epiſcopalē
ad regendū eccleſiā tuā: ⁊ ple-
bē ſibi cōmiſſā. Sis ei auctas
ſis ei ꝑtās: ſis ei firmitas.
Multiplica ſuꝑ euꝫ bn̄ ✠ di-
ctionē ⁊ gratiā tuā: vt ad exo-
randā ſemꝑ miſicoꝛdiā tuā:
tuo munere idoneus: ⁊ tua
gratia poſſit eſſe deuotus.
Deide ſubmiſſa voce dicit le-
gendo ita ꝙ a circūaſtantibꝰ
audiri poſſit: Per dn̄m nr̄m
Jeſum xp̄m filiū tuū: q̄ tecuꝫ

viuit ꝛ regnat in vnitate ſpi-
ritus ſancti deus: ꝑ oīa ſecu-
la ſeculoꝝ. ℟. Amē. Poſt hec
Cōſecratoꝛ īchoat ſcola pro-
ſequente Antiphonā.




Ecce q̄ꝫ bonū ꝛ q̄ꝫ iocun-
dum: habitare fratres
in vnum.

Sicut vnguentum in capite: quod deſcendit in barbā barbam aaron.

Quod deſcēdit in oꝛā veſtimēti eius: ſicut ros hermon qui deſcēdit in montē ſyon.

Quoniā illic mandauit dn̄s benedictionē ꝛ vitam vſqꝫ in ſeculum.

Gloꝛia pr̄i ꝛ filio ꝛ ſpūi ſctō

Sicut erat in pꝛincipio ꝛc.

Deinde repetit̄ tota aña. Vnguentū in capite ꝛc. Incepta aña ante ps imponit̄ ad collum electi alia ex lōgioꝛibus mappulis de octo ſupꝛadict̄. Cōſecratoꝛ ſedet: accipit mitram: ꝛ electo ante ipſum genufleto iungit ambas manꝰ ſimul iūctas cū chꝛiſmate in moduꝫ crucis ꝑducēdo cum pollice ſuo dextro iuncto duas lineas videlꝫ a pollice dextre manus vſqꝫ ad indicē ſiniſtrum: et a pollice ſiniſtro vſqꝫ ad indicē dextrū: ꝛ mox inungit totaliter palmas electi dicens.

Vngant̄ manꝰ iſte de oleo ſanctificato: ꝛ chꝛiſmate ſanctificatiōis: ſicut vnxit Samuel Dauid regē ꝛ pꝛophetam: ita vngant̄ ꝛ confirment̄: ꝛ pꝛoducēs manu dextra tertio ſignum crucis ſup manus electi dicit: In nomīe dei pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ ſpiri

tus ✠ ſancti: facientes imagi
nem ſancte crucis ſaluatoꝛis
noſtri: qui nos a moꝛte rede-
mit: ⁊ ad regna celoꝝ ꝑduxit.
Exaudi nos pie pater omni-
potens eterne deus: vt qḋ te
rogamus exoꝛem⁹. Per xp̄m
dn̄m nr̄m. ℟. Amē. Oꝛemus.

Deus et pater dn̄i nr̄i Jeſu
xp̄i qui te ad pontifica-
tus ſublimari voluit dignita
tem: ipſe qui per Samuelem:
Dauid in regem ⁊ ꝓphetā in-
unxit: te nr̄o miniſterio chꝛiſ
mate ⁊ myſtice delibutionis
liquoꝛe ꝑfūdat: ⁊ ſpiritualis
bene ✠ dictionis vbertate fe
cundet: vt quicqd bn̄dixeris
benedicat̄: ⁊ quicqd ſanctifi-
caueris ſanctificet̄: ⁊ cōſecra-
te manus iſte vel pollicis im
poſitio cūctis ꝓficiat ad ſalu
tem. Per eundē xp̄m dn̄m no
ſtrū. ℟. Amē. Pꝛemiſſis itaqȝ
expeditis: Cōſecratus iungit
ambas manus: et eas īponit
mappule a collo dependenti
Cōſecratoꝛ vo abſtergit pau-
lulum cū medulla panis pol
licem ⁊ depoſita mitra ſurgit
⁊ benedicit baculū paſtoꝛalē
ſibi ab Acolito p̄ſentatū ſi nō
ſit benedictus dicens.

Benedictio baculi pa-
ſtoꝛalis. Oꝛemus.

Suſtētatoꝛ imbecillitatis
hūane deus: bene ✠ dic
baculū iſtum: ⁊ qḋ in eo exte-
rius deſignat̄: interius ī mo-
ribus hui⁹ famuli tui: tue ꝓpi
ciatiōis clemētia operet̄. Per
xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amen.
Deinde illū aſpergit aqua be-
nedicta. Tum ſedens accepta
mitra: tradit illū Conſecrato
coꝛam eo genuflexo capienti
ip̄m inter indices et medios
digitos: manib⁹ nō diſiūctis
Conſecratoꝛe dicente.

Accipe baculū paſtoꝛalis
officij: et ſis in coꝛrigen-
dis vitijs pie ſeuiēs: iudiciū
ſine ira tenēs: in fouēdis vir-
tutibus auditoꝝ animos de-
mulcens: in tranquillitate ſe
ueritatis cenſurā nō deſerēs.
Quo facto ḋpoſita mitra ſur
git Cōſecratoꝛ ⁊ benedicit an
nulū p Acolytū ſibi oblatuȝ
ſi nō ſit pꝛius bn̄dict⁹ dicēs.
Bn̄dictio annuli. Oꝛemus.

Creatoꝛ ⁊ coſeruatoꝛ hu-
mani generiſ: datoꝛ grē
ſpiritualis: largitoꝛ eterne ſa
lutis: tu dn̄e emitte tuā bene
✠ dictionē ſup hunc annulū
vt quicūqȝ hoc ſacroſancte fi
dei ſigno īſignitus inceſſerit
in virtute celeſtis defenſiōis
ad eternā ſibi ꝓficiat ſalutem
Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amē.
Tum aſpergit ipſum annulū
aqua bn̄dicta ſedet cū mitra:
et annulū in digitū annularē

dextre manus Conſecrati im
mittit dicens.

Accipe annulũ: fidei ſcili-
cet ſignaculũ: quatenus
ſponſam dei: ſanctã videlicet
eccleſiã intemerata fide orna-
tus: illibate cuſtodias. Tum
conſecrator accipit librũ euã
geliorũ de ſpatulis conſecra-
ti: ⁊ adiuuantib⁹ ipſuꝫ epiſco
pis aſſiſteñ. tradit eũ clauſuꝫ
Conſecrato: tangẽti illum ſi-
ne apertione manuũ dicens.

Accipe euangeliuꝫ ⁊ vade:
predica populo tibi cõ-
miſſo: potẽs eſt eni deus au-
gere tibi gratiaꝫ ſuã: qui viuit
et regnat cũ deo p̄re ĩ vnitate
ſpũs ſcti: p oĩa ſecl'a ſeculoꝝ.
Demũ cõſecrator recipit cõſe
cratũ ad oſculũ pacis: ſimili-
ter ⁊ aſſiſteñ. epi ſinguli dicẽ
tes ipſi Cõſecrato: Pax tibi.
⁊ ipſe reſpondet ſingulis. Et
cũ ſpũ tuo. Tũ cõſecrat⁹ me-
dius iter aſſiſteñ. epos redit.
ad capellã ſuã vbi abſtergit̃ ei
caput cũ medulla panis: ⁊ la-
uat man⁹. Cõſecrator vero in
ſuo faldiſtorio manus lauat
deinde ꝓcedit ĩ miſſa vſqꝫ ad
Offertoriũ incluſiue. Idem fa-
cit cõſecratus in capella ſua.



Al le luia.



Dif fu ſa eſt gra tia



in la bijs tu is:



propterea benedixit te de-



us in eter num



vel Tractus.



Deſide ri um a nime



eius tribu iſti ei domine



et volũta te la biorum




**Euangelium ſecundum Matheum.**

In illo tempore: Circuibat Jeſus caſtella in circuitu docens: ⁊ cõuocauit duodecim: ⁊ cepit eos mittẽ binos: ⁊ dabat illis poteſtateꝫ ſpirituū imūdoꝝ: ⁊ p̄cepit eis: ne quid tollerent in via: niſi virgam tm̄: nō peram: nō panē: neqꝫ zonam: ſꝫ calciatos ſandalijs: ⁊ ne induerent̄ duab⁹ tunicis: et dicebat eis. Quācunqꝫ introieritis in domuꝫ illic manete: donec exeatis inde. Et quicūqꝫ nō receperint vos: neqꝫ audierint vos: exeuntes inde: excutite puluereꝫ de pedib⁹ veſtris: in teſtimoniū illis. Et exeuntes p̄dicabant: vt penitentiā agerent: ⁊ demonia multa eijciebant: et vngebāt oleo multos egros et ſanabant̄. Deinde dicitur Credo. Offertoriū.






Dicto Offertorio cōſecrator
ſedet cuz mitra in faldiſtorio
ante mediū altaris. Et conſe-
cratus veniens ex ſua capella
inter aſſiſtētes ep̄os medius
corā Cōſecratore genuflectit:
⁊ illi ex inſtitutione Melchi-
adis pape: et de more: offert
duo intorticia accenſa: duos
panes: ⁊ duo barilia vino ple-
na: ⁊ cōſecratoris p̄dicta reci-
piētis manū reuerēter oſcula-
tur. Deinde Cōſecrator lauat
man⁹ ⁊ accedit ad altare. Con-
ſecratus etiā ad poſteri⁹ cor-
nu epiſtole altaris eiuſdē ac-
cedit: et ibi ſtans medi⁹ inter
ep̄os aſſiſtētes ante ſe habēs
miſſale ſuū: ſimul cū Cōſecra-
tore dicit: ⁊ facit oīa prout in
miſſali. Secreta ſequēs dicit
cuz ſecreta miſſe diei ſub vno
Per dn̄z. ꝓ ꝯſecratorē. Secre-

Suſcipe dn̄e munera q̄ ti-
bi offerim⁹: ꝓ hoc famu-
lo tuo: ⁊ ꝓpitius in eo tua do-
na cuſtodias. Per dominū.
Cōſecratus dicit. Secreta.
Suſcipe dn̄e munera q̄ ti-
bi offerimus ꝓ me miſe-
ro famulo tuo: et ꝓpitius in
me tua dona cuſtodias. Per
dominū. Infra actionem di-
cit Conſecrator.
Hanc igit̄ oblationē ſerui-
tutis noſtre: ſed et cūcte
familie tue: quā tibi offerim⁹
etiā ꝓ hoc famulo tuo: quem
ad ep̄atus ordinez ꝓmouere
dignat⁹ es: q̄s dn̄e: vt placa-
tus accipias: et ꝓpitius in eo
tua dona cuſtodias: vt qd̄ di-
uino munere ꝯſecutus eſt: di-
uinis affectib⁹ exequat̄: dieſ-
qꝫ noſtros in tua pace diſpo-
nas: atqꝫ ab eterna dānatiōe
nos eripi: ⁊ in electoꝝ tuorū
iubeas grege numerari. Per
xp̄m dominū noſtrum. Con-
ſecratus dicit.
Hanc igit̄ oblationez ſerui-
tutis noſtre: ſed et cūcte
familie tue: quā tibi offerim⁹
etiā pro me famulo tuo: quē
ad Ep̄atus ordinez ꝓmouere
dignatus es: q̄s dn̄e vt placa-
tus accipias: ⁊ ꝓpitius in me
tua dona cuſtodias: vt qd̄ di-
uino munere cōſecutus ſum:
diuinis affectibus exequar:

dieſq3 noſtros ĩ tua pace diſ-
ponas: atq3 ab eterna dãnati
one nos eripi: ⁊ ĩ electoꝝ tuo
rum iubeas grege numerari.
Per xp̄m dñm noſtrũ. Dicta
oratione. Domine ieſu xp̄e q
dixiſti apoſtolis tuis ⁊c. per
Conſecratorē ⁊ conſecratum
Conſecrat⁹ accedit ad dextrã
Conſecratoris: ⁊ ambo oſcu-
lantur altare. tum Conſecra-
tor dat pacē cõſecrato dicēs.
Pax tecum. cui reſpondet cõ
ſecratus. Et cum ſpiritu tuo.
⁊ dat eam aſſiſtentib⁹ ſuis: ſe-
niori primo tum alteri ſingu
lis dicens. Pax tecum. et illi
ſibi reſpondēt. Et cũ ſpũ tuo
Deinde poſtq̄3 Conſecrator
corpus dñi ſumpſerit: nõ to-
tum ſanguinem ſumit: ſed ſo
lum partē eius cum particu-
la hoſtie in calicem miſſa. Et
priuſq̄3 digitos abluat com-
municat conſecratu3 ante ſe
in eode3 cornu capite inclina
to ſtantem: ⁊ nõ genuflecten-
tem: prius de corpore: tũ de
reſiduo ſanguine in calice di-
miſſo. deĩde purificat ſe poſt
ea conſecratũ. Tum abluit di
gitos ſup calice3 ⁊ ſumit etiã
ablutionē: ⁊ aſſumpta mitra
lauat manus. Interim conſe-
cratus cũ aſſiſtentib⁹ epis ac
cedit ad poſteriore3 partē al-
terius cornu altar⁹ videlicet:

euangelij ⁊ ibi ꝓſequit̃ miſſa3
ſicut Cõſecrator in cornu epi
ſtole. Cõmunio.



Meſſis quidē mul ta ope-



ra rij ve ro pau ci rogate



ergo dominũ meſ ſis vt



mittat opera ri os in meſ-



ſem ſu am.

Poſt cõmunio que dici deb3
cum poſt cõmuniõe diei ſub
vno Per dominũ ⁊c.

Plenum queſum⁹ domine
in nobis remediũ tue mi
ſeratiõis oꝑare: ac tales nos
eſſe perfice, ꝓpitius: ⁊ ſic foue
vt tibi in omnib⁹ placere va-
leamus. Per dominũ. Dein-
de dicto Ite miſſa eſt: vel Be-

nedicamus dño. ꝑut tẽpus requirit Conſecratore dicto in medio altaris. Placeat ꝛc. Accepta ibidẽ mitra ſi nõ ſit Archieps: ꝛ in ſua prouincia ſtans verſus ad altare populo ſolẽniter benedicit dicens Sit nomen dñi bñdictũ ꝛc. Data benedictiõe reponit̃ faldiſtoriũ ante mediũ altaris: ꝛ Conſecrator cũ mitra in eo ſedet. Cõſecrat⁹ vero birretũ ſuũ in capite tenẽs corã eo genuflectit. Tũc cõſecrator depoſita mitra ſurgit ꝛ benedicit mitrã ꝑ Acolytũ ſibi oblatam ſi nõ ſit benedicta dicẽs. Bñdictio mitre. Oremus.

Domine de⁹ pater omnipotens: cui⁹ ꝑclara bonitas eſt: ꝛ virtus imenſa: a q̃ omne datũ optimũ: et omne donũ perfectũ: totiuſqꝫ decoris ordinamentũ: bene✠dicere: ꝛ ſancti✠ficare dignare hanc mitrã huius famuli tui Antiſtitis capiti imponendã Per xp̄m dñm nr̄m. ℞. Amẽ. Et mox eam aſpergit aqua benedicta: deinde ſedens cũ mitra adiuuantib⁹ ipſuꝫ aſſiſtẽtibus epiſcopis imponit eaꝫ capiti conſecrati dicens.

Imponim⁹ dñe capiti huius antiſtitis et agoniſte tui galeam munitiõis ꝛ ſalutis: quaten⁹ decorata facie: ꝛ armato capite: cornib⁹ vtriuſqꝫ teſtamenti: terribilis appareat aduerſarijs veritatis: ꝛ te ei largiente gratiã: impugnator eorũ robuſt⁹ exiſtat: qui Moyſi famuli tui faciem ex tui ſermonis conſortio decoratam: luciditiſſimis tue claritatis: ac veritatis cornibus inſigniſti: ꝛ capiti Aaron põtificis tui tyaram imponi iuſſiſti. Per xp̄m dñm noſtrũ. Deinde ſi cyrothece non ſint benedicte ſurgit mitra depoſita ꝛ eas benedicit dicens. Bñdictio cirothecaꝝ. Orem⁹.

Omnipotens creator: qui homini ad imaginẽ tuã condito: manus diſcretiõis inſignitas tanq̃ꝫ organuꝫ intelligentie ad recte operandũ dediſti: quas ſeruari mũdas precepiſti: vt in eis anima digne portaretur: ꝛ tua ĩ eis digne conſecrarentur myſteria bene✠dicere ꝛ ſancti✠ficare dignare: manuũ hec tegumenta: vt quicũqꝫ miniſtrorum tuorũ ſacrorum pontificum: his velare manus ſuas cuꝫ humilitate voluerit: tam cordis q̃ꝫ operis ei mundiciã tua miſericordia ſubmiſtret. Per xp̄m dominũ noſtrũ. ℞. Amen. Et aſpergit eas aqua benedicta: deinde ſedet ꝛ accepta mitra adiuuantibus aſſi-

ſtentibus epiſcopis īponit illas manibus cōſecrati dicēs

Circūda domine manus huius miniſtri tui mūdicia noui hominis qui de celo deſcendit: vt quēadmodū Jacob dilectus tuus: pelliculis hedoruꝫ coopertis manibus: paternam benedictionē oblato pr̄i cibo: potuqꝫ gratiſſimo impetrauit: ſic ⁊ iſte: oblata ꝑ manus ſuas hoſtia ſalutari: gratie tuę benedictionem īpetrare mereatur. Per dominū noſtruꝫ Jeſum chriſtum filium tuū: qui in ſimilitudinem carnis peccati tibi ꝓ nobis obtulit ſemetipſum

Et ſtatim imponit ei annulū pontificalē. Tum ſurgit Conſecrator ⁊ accipit Conſecratū per manum dextram: et primus ex aſſiſtentibus epiſcopis per ſiniſtram: ⁊ intronizant eum ponendo ipſum ad ſedendū ī faldiſtorio de quo ſurrexit conſecrator. vel ſi id fiat in eccleſia propria Conſecrati: intronizant eum in ſede epiſcopali conſueta: et Conſecrator tradit ei baculū paſtoralem in ſiniſtrā. Deinde verſus ad altare cōſecrator ſtās incipit ceteris vſqꝫ ad finem proſequentibus.




Pleni ſũt celi ꝛ terra maieſta
tis glorie tue. Te glorioſus
aploꝝ chorus. Te ꝓphetaꝝ
laudabilis numerꝰ. Te mar-
tyrũ cãdidatꝰ laudat exercitꝰ.
Te p orbẽ terraꝝ ſctã cõfitet̃
eccleſia. Patrẽ imenſe maie-
ſtatis. Venerãdũ tuũ verũ ꝛ
vnicũ filiuꝫ. Sanctũ quoqꝫ
paraclitũ ſpiritũ. Tu rex glo
rie xp̃e. Tu p̃ris ſempiternꝰ
es filiꝰ. Tu ad liberãdũ ſuſ-
scepturꝰ hoĩem nõ horruiſti
virginis vterũ. Tu deuicto
mortꝰ aculeo aperuiſti credẽ-
tibꝰ regna celoꝝ. Tu ad dex


terã dei ſedes in gloꝛia p̃ris
Iudex crederis eſſe venturꝰ.
Te ergo q̃ſumꝰ tuis famulis
ſubueni quos p̃cioſo ſãguĩe
redemiſti Eterna fac cũ ſcĩs
tuis gloꝛia munerari. Saluũ
fac populũ tuũ domĩe 7 bñ-
dic hereditati tu e. Et rege
eos 7 extolle illos vſq3 ĩ eter
nũ. Per ſingulos dies bene
dicimꝰ te. Et laudamꝰ nomẽ
tuũ ĩ ſeculũ 7 in ſeculũ ſeculi
Dignare domĩe die iſto ſine
peccato nos cuſtodire. Miſe
rere nr̃i domĩe miſerere nr̃i.
Fiat miſericoꝛdia tua domĩe



ſup̲ nos quēadmodū ſpera-



uim⁹ in te. In te domīe ſpe-



ra ui non cōfundar in



e ter num.

Incepto hymno Cōſecratus ducitur ab aſſiſtentibus epi-ſcopis per eccleſiā: ⁊ omnib⁹ benedicit. cum vero reuerſus fuerit ad ſedem ſuam: ſeu fal-diſtorium: iterum ſedet: quo uſq̃ finiatur hymnus predi-ctus: quo finito conſecrator ſtans ſine mitra apud ſedem ſeu faldiſtoriū a parte dextra conſecrati dicit: vel ſi officiū cantatur: incipit ſcola proſe-quente Antiphonam.



Firmetur man⁹ tu a ⁊ ex-



altet̄ dextera tu a iuſticia



⁊ iudici um p̄para tio ſe-



dis tue. Gloria patri ⁊ filio



⁊ ſpiritui ſctō. Sicut erat in



principio et nūc et ſemp̲ et in



ſecula ſeculorū. Amen.

Et repetit̄ tota aña. Qua fini-ta Conſecrator dicit. ℣.

Dñe exaudi orōnē meaꝫ. ℟. Et clamor me⁹ ad te vēiat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

Deus omniū fidelium pa-ſtor ⁊ rector: hūc famu-

lum tuū: quē eccleſie tue pre-
eſſe voluiſti: ꝓpitius reſpice:
da ei queſum⁹ verbo ⁊ exēplo
quib⁹ preeſt ꝓficere: vt ad vi-
tam vna cū grege ſibi credito
perueniat ſempiternam. Per
xp̄m dn̄m noſtrum. ℟. Amē.
His dictis Cōſecrator detec-
to capite vadit ad cornu euā-
gelij altaris: cōſecratus vero
ſurgit ⁊ accedens cū mitra et
baculo paſtorali ante mediū
altar⁊ verſus ad illud ſignās
ſe cum pollice dextre manus
ante pectus dicit. ℣.



Sit nomē dn̄i benedictū. ℟.



Ex hoc nūc ⁊ vſq₃ in ſeculū
Deinde faciens ſignū crucis
a fronte ad pectus dicit.



Adiutoriū noſtrū in nomīe



dn̄i. ℟. Qui fecit celū ⁊ terrā
Tum eleuat manū dextram
⁊ dicit.



Benedicat vos omp̄s deus
Et cū dicit deus erigit manū
dextrā vſq₃ ad faciē ſuā. dein
de vertit ſe ad ppl'm et tertio
ſup eū ſignās bn̄dicit dicēs.



pa✠ter: ⁊ fi✠lius: ⁊ ſpiri-



tus ✠ ſanctus. ℟. Amen.
Tū cōſecrator accipit mitrā
⁊ ɔſecratus accedit ad cornu
epl'e altaris: ⁊ ibidē cū mitra
⁊ baculo genuflex⁹ verſus ad



Cōſecratorē dicit cantando.
Ad multos ānos.
Deinde accedēs añ mediū al-
taris vbi iterū vt prius genu
flexus dicit altius cantādo.



Ad multos annos.
Poſtea accedit ad pedes cōſe
cratoris vbi tertio genuflex⁹
vt ſup̄ iterū alti⁹ cātādo dicit



Ad multos annos.

Tum Conſecrator recipit eū
ſurgentem ad oſculū pacis:
et ſimiliter faciūt aſſiſtentes
epiſcopi qui conſecratū cum
mitra et baculo paſtorali in-
cedentem: ⁊ euangeliū ſancti
Johannis. In principio erat
verbū ⁊c. dicentē: inter ſe me-
dium ducentes: ad ſuā capel
lam reuertunt ad ſe exuendū
ſacris veſtibus. Conſecrator
vero pacis oſculo vt p̄mitti-
tur cōſecrato dato: dicit ſub-
miſſa voce. Domin⁹ vobiſcū.
Initiū ſancti euāgelij ſm̄ Jo.
In principio erat verbū ⁊c.
ſignat altare ⁊ ſe: ⁊ apud ſuū
faldiſtorium deponit ſacras
veſtes: quib⁹ depoſitis: cōſe-
cratus cōſecratori: ⁊ aſſiſten
tib⁹ ſuis, p more gratias agit:
⁊ vadunt in pace omnes.

¶ Quando etiam quis in Ar
chiepiſcopū vel Patriarchā
Electus conſecratur: forma
premiſſa in omnibus obſer-
uatur: ſed per huiuſmodi cō-
ſecrationem non aſſumit ſibi
nomen Archiepiſcopus: vel
Patriarcha: quod per tradi-
tionem pallij dumtaxat ſibi
attribuitur: vſqꝫ ad quā ma-
net continuo Electus: etiam
poſt conſecrationem predi-
ctam prout etiā infra de pal-
lio dicetur. Electus vero in
epiſcopum: q̄ꝫ primum con-
ſecratus eſt: epiſcopus voca
tur: nō electus.

¶ De ſcrutinio ſerotino
quo antiqui vtebant.

Et quoniam in no-
ſtra ordinatiōe epi
ſcopali dixim⁹ ſcru
tinium ſerotinum:
quo antiquit⁹ eccleſie vteban
tur: non eſſe amplius in vſu:
atqꝫ ideo ne conſecratoribus
impedimento eſſet: illud tan-
q̄ꝫ ſuperfluū pretermiſimus:
tamen qꝛ pleraqꝫ ibi ſunt co-
gnitu digna: ⁊ que ſanctā ve-
tuſtatē redolent noluimus
cōmittere: vt nr̄a culpa omni
no perijſſe videantur. Proin
de ſcrutinium ipſū ⁊ inſtru-
ctionem quam edictū voca-
bant: ⁊ quam metropolitan⁹
conſecrato in ſcriptis dabat:
huic noſtro operi: poſt con-
ſecrationem interſerenda pu
tauimus: nō tam ad neceſſita
tem: q̄ꝫ ad voluptatem: atqꝫ
etiam vtilitatem lectoris.

¶ Scrutinij igit̄ ſerotini or-
do hic erat. Sabbato ante do
minicā ad conſecrandum il-
lum ſtatutam: hora veſperti-

na metropolitanuſ reſidebat ſuper faldiſtoꝛiuꝫ in atrio eccleſie: vel ĩ alio ſolito vel quo maluerat loco paratũ. Et ſuffraganei Epi duo ad minus ad hoc ſpecialiter cõuocati a dextris ⁊ ſiniſtris ei⁹ ſup faldiſtoꝛia ſimiliter reſidebant parati ſuppellicio: amictu: alba: cinglo: ſtola: pluuiali: mitra: baculuꝫ paſtoꝛalẽ in ſiniſtra: ⁊ libꝛos pontificales ante ſe tenẽtes. Tũc archip̃ſbyter vl' archidiaconus eccleſie ad quã in craſtino conſecrandus erat Elect⁹ vel alius iuxta moꝛem eccleſie parat⁹: amictu: alba: cingulo et pluuiali vel caſula ſi moꝛis erat: deductus medi⁹ inter duos canonicos eiuſdem eccleſie: veniebat coꝛã metropolitano: ⁊ flexis a remoto genib⁹: a metropolitano benedictionẽ petebat dicens in tono lectiõis.

Iube domne benedicere. Reſpondebat metropolitanus eodem tono voce minoꝛi.

Uos regat ⁊ ſalutet: celeſtis conditoꝛ aule. Deinde idẽ archip̃ſbyter vel archidiacon⁹ appꝛopinquabat ſe paululũ: iterũ genuflectẽs bñdictionẽ ſimili modo petebat dicens.

Iube domne benedicere. Et metropolitan⁹ reſpondebat.

Uos dñs ꝯſeruet: cuſtodiat atqꝫ gubernet. Tertio ꝓpinquius metropolitano: genuflexus coꝛam illo: tertiã benedictionem petebat dicens.

Iube domne benedicere. Reſpondebat metropolitanus.

Gaudia celoꝝ: det nobis rectoꝛ eoꝛum. Benedictiõe itaqꝫ completa interrogabat eũ metropolitanus coꝛam ſe genuflexũ. Fili mi qd poſtulas

Reſpondebat Archidiacon⁹.

Ut deus ⁊ dñs noſter concedat nobis paſtoꝛeꝫ. Interrogatio. Eſt de ip̃a eccleſia vel de alia? Reſpõdebat. De ip̃a.

Interrogatio. Quid vobis placuit in illo? Reſpondebat

Sanctitas: caſtitas: humilitas: benignitas: ⁊ omnia que deo placita ſũt. Interrogatio

Habetis decretũ? Rñdebat.

Habemus. Metropolitan⁹ dicebat. Legatur. Tunc pꝛoferebatur et legebatur decretum hoc modo.

Reuerẽdiſſimo in xp̃o patri dño. N. metropolitice ſedis dignitate conſpicuo Capitulꝫ talis eccleſie toti⁹ deuotionis famulatũ. Credimus nõ latere veſtrã celſitudinem: ꝙ noſtra eccleſia ſuo ſit viduata paſtoꝛe. Qua ſiqdem ſolatio pꝛopꝛij deſtituta rectoꝛis: ne grex dñicus ꝑfidoꝛũ lupoꝛũ moꝛſibus pa-

teret: ⁊ ne improbi fieret ꝑda
raptoris: cōmuni voto atq;
cōſenſu eligim⁹ nobis in pō-
tificē. N. ꝑſbyterū noſtre ec-
cleſie. vel talis eccleſie ſi non
ſit de ipſa: virū vtiq; pruden
tem: hoſpitalē: morib⁹ orna-
tum: caſtū: ſobriū ⁊ manſue-
tum: deo ⁊ omnib⁹ ꝑ oīa pla-
centem: quē ad reuerentie vr̄e
dignitatem deducere curaui-
mus: vnanimiter poſtulātes
⁊ obſecrātes: a veſtra reueren
da paternitate: nobis illū pō
tificem ordinari: quaten⁹ au-
ctore dn̄o nobis velut idone
us paſtor ꝓeſſe valeat et pro-
deſſe. Noſq; ſub ei⁹ ſacro regi
mine: dn̄o ſemꝑ militare con
digne poſſimus. Ut autē om
niū noſtruz vota in hanc ele-
ctionem conuenire noſcatis:
huic canonico decreto: pro-
prijs manib⁹ roborādo nos
ſubſcripſim⁹: et quilibet ſcri-
bēs dicebat ſic. Ego talis ſcri
pſi ⁊ ſubſcripſi. ⁊ ſic de alijs.
Lecto decreto: ꝓſequebatur
Metropolitanus ⁊ dicebat.
Uidete ne aliquā promiſſio-
nem vobis fecerit: quia ſimo
niacū ⁊ ꝯtra canōes Rn̄debat
Abſit. ⁊ metropolitanus di
cebat. Deducat᷑. tunc Archi-
diacon⁹ vel Archipꝛ̄ſbyter ex-
hibito dicto decreto ipſi me-
tropolitano: reuertebat᷑ cum

canonicis ſicut venerant ad
veſtiariū: ⁊ ibi deponebāt ve
ſtes. Accenſis autē cereis Ele
ctus adhuc ieiunus: pluuia-
li ſupra ſuppelliciū paratus:
ducebat᷑ proceſſionaliter co-
ram Metropolitano: ꝓceden
tibus eū canonic⁹ eccleſie: ad
quā erat electus: Archidiaco
no et Archipꝛ̄ſbytero eccleſie
metropol'. hinc ⁊ inde ipſum
deducentib⁹: qui ſtans cōue
nienter remotus a Metropo
litano: flexis genib⁹ petebat
intelligibili voce benedictio-
nem dicens.
Iube domne benedicere. Me
tropolitanus in eodez tono
voce minori dicebat.
Spirit⁹ ſancti gratia illumi-
nare dignetur ſenſus ⁊ corda
noſtra. Deinde ſurgēs ⁊ pro-
cedens paululum: iterum ge-
nua flectebat dicens.
Iube domne bn̄dicere. Me-
tropolitanus reſpondebat.
Ignē ſui amoris accēdat do-
minus in cordibus noſtris.
Rurſum ſurgēs ⁊ adhuc pau
lulum appropinquans: ⁊ ge-
nuflectens dicebat tertio.
Iube domne bn̄dicere. Me-
tropolitanus reſpondebat.
Dominus cuſtodiat introi-
tum tuū: ⁊ exitū tuū. ℟. Amē
Tūc interrogabat euz corā ſe
genuflexū metropolitanus.

Fili mi quid poſtulas?
Reſpondebat Electus.
Reuerẽdiſſime pater: confra
tres mei elegerunt me licet in
dignum: ſibi eſſe paſtorem.
Interrogatio. Quo honore
fũgeris? Rñdebat. Preſbyte
ratus vel talis. Interrogatio
